

sive Doctor, aut Licentius in sacra Theologia, vel in re Canonico, merito sit promotus; aut publico Academia testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur. Sic Concilium, tantummodo exigens testimonium sufficientem publicum ad alios docendos, non verò ad id, de quo agitur, scilicet ad Episcopatum.

86 Vt verò id, quod diximus numer. 82. de non conferendo Gradu ei, de cuius sufficientia non constat, amplius roboretur, animaduertendum id, quod Concilium ad hoc declarandum addidit, dum dixit: Merito sit promotus. Non ergo promotione ad Gradum sufficit, nisi quae merito sit: id est cum notitia sufficienti meritorum. Quam autem hoc obligatorum sit, satis ex iis apparet, quæ à Concilio subiiciuntur, dum sic concludit: Predicti autem omnes, unde instructione seu testificatio erit sumenda, haec fideliter & gratis reserue teneantur: aliqui corum conscientias graueriter oneratas esse sicut: at Deam, & Superioris suos habebunt vobis. Sic illud. Licit autem cum Præsentatus Gradu petit, approbationem ad Episcopatum non petat, vt diximus, id de approbatione totali est accipendum, non verò de approbatione, quam Gradus per se importat; de illa enim agitur in ordine ad effectum, pro quo petitur sine solemnitatibus solitis adhiberi: quæ etsi non sufficiat, iuvat tamen: & sic sub reatu peccati mortalis delitas in eo debet obseruari.

*Qualem approbationem Praesentatus petat.*

*Affitio 3. De approbatione Vniuersitatum, in quibus Iuris Professores non sunt,*

*Tit. 18. n. 50.*

*Probabile esse posse approbationem ab illis conferri.*

87 Dico tertio. Si à promouendis ad Episcopatum approbatio pertinet Indicarum Vniuersitatum, in quibus Ius Canonicum non legitur, quod illi sunt professi, nequit ab eisdem conferri. Sunt namque in Indiis Vniuersitates aliquæ sub curâ Societatis, & in eius studiis, in quibus Philosophia & Theologia prælegitur, & à Pontifice ac Rege facultas concessa est, vt qui eisdem per designatos cursus audierint, ad omnes, qui in Vniuersitatibus aliis, conferri Gradus solent, possint, Episcopis illos conferentibus, promoueri. Et tales posse Vniuersitates dici auctoritate Supremi Indianorum Senatus habetur, dum per ultimam sententiam in iudicio contradictorio decreuit vt in Ciuitate Plateni, seu Cinquiescenti, Vniuersitas permaneret, de quo dixi alias. Non defuerunt autem qui ad Episcopatus presentati, cum Gradu maior in Iure, quod professi fuerant, carerent, inde supplementum defectus quererent. Quod tamen illis negatum est, quia non approbationem, sed Gradum exigebant, quem conferri non posse, certius est quam vt egeat probacione. Quod si approbationem peterent, eadem ratio esse videtur: quia cum in Vniuersitatibus dictis non habeatur Canonici Iuris exacta notitia, nequit de sufficientia in ipsa testimonium fidele perhiberi.

88 Licit autem hoc certius sit, non videtur tamen oppositum probabilitate omnimodâ constitutum: quia de peritiâ in Iure Canonico iudicare Theologi sufficienter possunt. Vnde & in Vniuersitatibus Doctores, Theologi in oppositione ad Cathedras Iuris utriusque suffragari possunt, & contra: sicut & Canonici in concuso ad Canonici. Quod in casu nostro verisimilius appetit, vbi de præjudicio tertii periculum nullum, & de mediocritate promouendi agitur, cuius notitia non est difficultis; ea enim se

prodit experimentis & famâ: quis enim mediocritate saltem non prædictus eam affequatur? Quod autem ex hoc argui ad Gradus collationem nequeat, ex eo conflat, quia pro eo non est à Pontifice & Rege facultas attributa; cùm tam pro approbatione negata non inueniatur.

89 Dico quartò. Peccatum lethale est Gradum quenlibet in quacumque facultate penitus indignis conferri. De Gradu Bacchalaureatus in Theologia & Iure negat Palacius, & alii, quos sequitur P. Thomas Sancius Lib. 2. Consilium Cap. 1. Dub. 57. num. 5. quia parum damni infertur: Gradus enim iste parvi pendit, nec ratione illius alicui fidetur. De Gradu in Artibus, quicunque ille sit, idem tenet citatus Pater n. 6. qui sic tenere doctos Recentiores affirmat, & videlicet etiam sic tenere Caeterum, sicutdem de Doctoratu in Iure dubitat. Sed Nauarrus & Alcacep apud eundem nobiscum sentiunt, & videatur pro eo ratio euidens militare: nam Gradus cuiuslibet collatio est testimonium falsum publicâ auctoritate firmatum in re non leuis momenti: ergo in eius futilitate plusquam leuiter peccatur. Assumptum est clarum, & Consequens probatur: quia testimonium falsum publicâ auctoritate firmatum, est contra fidem publicam: hac enim ratione Tabelliones graueriter peccant, dum auctorizent mendacia, vnde & redduntur indigni, quibus in aliis fides adhibeatur. Quomodo ergo graue peccatum non sit Vniuersitatem falsum testimonium in publicâ formâ proferre, & scripto etiam ad perpetuam rei memoriam confirmare?

90 Quod verò res leuis non sit, ex eo probabo, quia laureatis in quocumque Gradu ius suffragij, & non unius, sed multiplicis, in ordine ad Cathedras tribuitur: vnde unus ex istis sufficit, vt aliqui Cathedram possit comparare. Item, in oppositione ad beneficia Gradus isti in consideratione sunt, & ratione eorum solent alii alii antefieri. Et ita Rota in vna Calagunitana An. 1652. di 15. Ianuarii apud Dianam Parte 11. sic ait: Hic dignior, & preferendum vius est, tum ob gradum Bacchalaureatus, quo caret Stephanus, quemque Rota in his terminis semper magni fecit, &c. Videantur etiam alia pro eodem die 13. Maij. Annis eiusdem. Tunc etiam aliquando Vicarij generales Episcoporum.

91 Quod verò ad gradum Magisterij in Philosophia attinet, quis non videat rem scandalo esse plenisimam videre per vias publicas Magistrum talum cum Magisterij insignibus, & illustris Doctorum ac Magistrorum comitatu equestre, suis etiam insignibus præfulgentium; qui tamen indignus tali honore communiter habeatur? Scient enim multi, & dum sic laureati iuris identiter rident, festum cum aliis agunt diem, & sic illius infirmitas fit apud vulgus nota, sicut & testimonijs falsitas, quod Vniuersitas tubis & tympanis clangentibus perhibens, id facit, vt & contemptus sequatur, & exempli mali ad fidem publicam adulterandam certissimum documentum. Quid quod Gradus pro insigni sufficientia merentes, dum eo insigniuntur honore, in eâ non sunt estimatione, quæ illis debita est, eò quod similis honor ineptis exhibitus in causa est, vt cùm confertur dignis, infirmis adueniar, debilitatis scilicet

*Assertio 2. Mortale esse Gradus quenque dignis conferri. Vbi circa hoc diversa opinione.*

*Probatio ex rei grauitate.*

*Decisio Rota.*

*De Magisterij gradu in Philosophia, & rationes, alia.*

*Ita probato.*

scilicet immerecum communione: quandoquidem qui spectant, aut audiunt, ex eo nihil plus, quam pro alio praefatis attributo, habent cur debent estimare. Si equestrianum ordinum insignia vilibus tribuantur hominibus, quid nobilibus inde honoris accrescat? Si titulus Dominationis priuatis nobilibus sit communis, quis propter illum magni faciat Titularos?

92 Dico quintò. Cum habentur Actus luctuosi, in quibus scilicet distribuuntur assistentibus pecunia, si quis ad finem eorum veniat, vt scilicet distributionem accipiat, nequit eam tutâ conscientia recipere. Patet, quia est assistentia præmium; non dicitur autem assistere qui ad finem actionis venit, pro quâ auctorizanda fit distributio. Id quod ex communi Doctorum sententiâ roboratur circa distributiones quotidiana, quæ assistentibus in Choro dari solent, ad quarum licitam acceptancem necessarium est vt assistentia sit talis, quæ dici absolute assistentia possit, respectu scilicet maioris partis Horæ Canonice, iuxta dicta Titulo 18. num. 29. & quidem eo assistenti modo finis distributionum talium fraudatur: sic enim statutum à legislatoribus, vt Litterarij actus concurso Doctorum ac Magistrorum splendidi & honorabiles redderentur: sive & Magistri & discipuli ad studia euadent promptiores. Quis autem non videat suo illo aduentu finem talen non obtineri, vacuis subcelliis toto serè disputationis tempore, & dolentibus, qui & defendunt & præsident; studia sua nihili pendi, & solam ostregalis cupidinem ad leuem ac bitem illam assistentiae particularum permouere?

93 Si autem allegetur consuetudo, irrationalis illa est, vnde nec vim habet, iuxta Iuris virtutique notissimas functiones, de quibus dictum alias: sicut de simili etiam coniunctudine circa assistentiam in diuinis officiis dicunt Doctores, vt videri potest apud P. Thomas Sancius Lib. 2. Consil. Cap. 2. Dub. 8. & 9. & alii passim. Sed contraria est, quia vexatio haec non infertur ab eo, qui subornatur: ergo doctrina illa non est ad rem; quæ tunc procedit, cum aliquid datur iniusto vexatori, vt videri apud scribentes potest, & specialiter apud Bonacinam, qui multos congerit Tomo 1. Tractatione de simonia, Quæst. 6. Puncto 5. Præterea, subornatio nequit subornatione conuelli, vt optimè Philosphor P. Suarius Tomo 1. de Religion. Lib. 4. Cap. 50. numer. 26. ex quo citatus scriptor numer. 15. & P. Palau Tomo 3. Disput. vls. Puncto 20. numer. 6. qui de oppositione circa Beneficia agunt. Ratio autem, quam adducit P. Suarius, & ex eo alii, generalis est; quod scilicet non sunt facienda mala vt bona habeant; cumque subornatio ex se iniqua sit respectu eius, qui vim non facit, nequit ratione prædicti respectus admitti.

94 Dico sexto. Subornatio in oppositio ne ad Cathedras nullo modo iustificari potest. Hoc quidem, sicut nonnulla alia ex dictis, commune est Vniuersitatibus cunctis, sed pro Indicis virgeri debuit, quia in illis malum hoc percerebuisse doletus, ob maiorem pecuniam copiam, vnde monstra non semel intoleranda nascuntur. Id probo. Nam subornatus cùm ad suffragandum accederet, se subornatum non fuisse iuraturus est; sed falso, ad quod peririum is, qui subornat, cooperatur.

95 Dices primò non peccare Subornantem, quia alius paratus est ad subornationem & periu-

rium: quando autem hoc accidit, non est graue peccatum materiam pro illo ministrare. Sed hoc vix est probabile; de quo dictum Titulo 1. num. 146. & alibi. Deinde: licet illud generaliter loquendo sustineri posset, non tamē vbi lex specialis est id prohibens. Sciebant siquidem Constitutionem pro Vniuersitatibus conditores futuros multos, qui se offerent subornationi paratos, & horum voluerunt infamem agendi modum extirpare statutis & poenis contra eosdem stabilitis: quorum obligatio sub mortali est; quia si non esset talis, inutilis redderetur, ob materiam gravitatem: quis enim in negotio isto, vbi ardenter flagrantibus, veniale obseculum vereatur? Videantur dicta Titulo 2. n. 3.

96 Dices secundò subornatione vexationem redimi, quam patiuntur oppositores: cum enim quis eorum, aut etiam aliqui, pecunias profundant, si ipse nihil tale faciat, de Cathedra protest adeptione penitus desperare. Quod autem pro redimendâ vexatione premium dari possit etiam iudicibus, etiam cum de rebus sacris agitur, communis Doctorum sententia est, pro quâ videtur potest P. Thomas Sancius Lib. 2. Consil. Cap. 2. Dub. 8. & 9. & alii passim. Sed contraria est, quia vexatio haec non infertur ab eo, qui subornatur: ergo doctrina illa non est ad rem; quæ tunc procedit, cum aliquid datur iniusto vexatori, vt videri apud scribentes potest, & specialiter apud Bonacinam, qui multos congerit Tomo 1. Tractatione de simonia, Quæst. 6. Puncto 5. Præterea, subornatio nequit subornatione conuelli, vt optimè Philosphor P. Suarius Tomo 1. de Religion. Lib. 4. Cap. 50. numer. 26. ex quo citatus scriptor numer. 15. & P. Palau Tomo 3. Disput. vls. Puncto 20. numer. 6. qui de oppositione circa Beneficia agunt. Ratio autem, quam adducit P. Suarius, & ex eo alii, generalis est; quod scilicet non sunt facienda mala vt bona habeant; cumque subornatio ex se iniqua sit respectu eius, qui vim non facit, nequit ratione prædicti respectus admitti.

97 Addit autem P. Palau in rigore loquendo licere electoribus iam subornatis pecuniam dare; non è intentione vt specialiter sic danti fauente, sed vt deponant animum & affectum propinquum, quem habent erga competitorem propter pecuniam ab illo acceptam: in hoc enim casu non paratur via ad Beneficium magis quam esset parata ante subornationem iniuriosam, & in odium eius factam, qui damnum pecuniam conatur remouere. Post doctrinam autem dictam sic subdit: Video tamen hoc maximo subiecto pericolo incidenti in simoniam, & in foro hoc externo ita præsumitur. Hæc ille; quibus id, quod præmisserat, penitus demolitur: nam graue peccatum est id facere, per quod graui se pericolo quis exponit incidendi in illud, vt est communis Doctorum sensus. Quidquid autem de prædicto casu sit, ei, de quo agimus, nequit applicari, in quo qui subornatum iam prius subornat, non tantum intendit illum in statum reducere, quem ante subornationem habebat, sed ad se penitus inclinare, vnde plus offert quam dederit alius; vel si idem, id certè cum nouo aliquo titulo, vt ad se potius inclinetur, vnde non relinquat eum in statu, quem habuerat ante subornationem.

*ai subor- nationem præclusa.*

*Obligatio statutorum sub morta- li.*

*Nec subor- natione sub oratione conuelli posse.*

*P. Palau doctrina circa sub- orationem ab eodem conuulta, circa Bene- ficia.*

98 Quia verò de Beneficiis ad Cathedras non videtur argumentum vrgere, eò quòd materia in istis sacra non sit ex iis, quæ simoniacæ sunt obnoxia prauitati, secundùm Ecclesiaz dispositionem; videndum an respectu illarum locus sit reciprocae subornationi. Circa quod Basilius Legionensis Libr. 5. de Matrimonij impedimentis, Cap. 14. §. 6. numer. 14. in fine: affirmat licitum

98 Quia verò de Beneficiis ad Cathedras  
non videtur argumentum vrgere, eò quòd mate-  
ria in istis sacra non sit ex iis, quæ simoniacæ sunt  
obnoxia prauitati, secundùm Ecclesiæ disposi-  
tionem; videndum an respectu illarum locus sit  
reciproca subornationi. Circa quod Basilius  
Legionensis *Liber. 5. de Matrimony impedimentis*,  
*Cap. 14. §.6. numer. 44. infine*: affirmat licitum  
esse dare pecuniam in oppositione ad Cathe-  
dram, quando duo sunt oppositores, neque ex-  
cessus clarè appetit, si de facto Scholasticus,  
qui suffragium debet ferre, sua sponte postulaue-  
rit, vel indicauerit: non tamen esse licitum illam  
offerre. Iuxta hanc ergo sententiam licebit sub-  
ornato maius offerre pretium, quia cùm illud ab  
alio acceperit, satis indicat se ab alio maius acce-  
pturum. Quòd autem licitum esse neget offerre  
non postulanti, aut voluntatem indicanti, ex eo  
pronenire potest, quia cùm ille sit iam ad peccan-  
dum propensus, non est causa illius qui pretium  
confert, iuxta sententiam illam, de quâ *num. 95.*  
& facit pro eâ P. Dicastillus *de Iustitiâ & Inre. Lib.*  
*2. Tractat. 2. Disput. 6. numer. 46.* ubi cum aliis ait  
in oblatione numerum illis factâ, qui recipere li-  
cet nequeunt, non esse graue peccatum, quia sic  
paratus non inducitur, sed offerens illius peccato  
vtitur in suuna commodum.

**Sed non placet P. Palao.** 99 Sed Legionensis sententia non placet P. Palao *suprà*, quia talis doctrina pluribus iniustitiis & peccatis viam aperit. Quod enim elector po-

*Sed ex eo  
redargui-  
tur illius  
sententia.* iam petitam largiri licebit. Quod equidem benè dictum, ex eoque redargui sententia illius potest, de quā num. 97. cùm fateatur ipse eam esse maxi-  
mo subiectam periculo, proprièt̄ quam rationem

cenfet istam, de quā agimus, reiciendam. Deinde. Quia seclusā postulatione nequit offerri pretium , cā etiam positā, non licet , quia per illam non honestatur. Tunc sic : seclusā subornatione præcedenti, non licet pretium offerre : ergo neque stante illā. Consequentia est eidens arguendo vt ipse arguit , quia ratione præcedentis subornationis nequit honestari, quæ ex se in honesta est, sed quia ob auctoritatem Basilij Legionensis, abusum, de quo agimus , potest quispiam non lethaliter malum iudicare, addo ex ipsius doctrina illum non reddi tolerabilem. Nam in primis ille loquitur quando excessus clarè non apparet ; isti autem suffragiorum nundinatores nihil de excessu curant, sed plus danti suffragia pollicentur.

Neque L.- 100 Præterea, citatus Auctor in specie casus  
tioriensis nostri non loquitur, neque ex eo, quod asserit,  
aperte souet argui potest. Licet enim iam subornatus rece-  
ubornatio- prum se plus pretij satis videatur indicare; id  
ni, in casu tamen certum non est, quia priori fidem suam ad-  
de quo a- strixit, & aliqui in eo constantes esse solent; quod  
girur. si maius vellet pretium, id oppositoribus indica-  
set omnibus, aut eorum proxenitis, ut plus danti  
se obligarent: dum autem dubia voluntas est,  
nequit ad certum peccatum induci. Item. Etiam-  
si postulet; id fieri nequit, quia cooperatio ad tale  
peccatum grauissimis circumstantiis conuesti-  
tum, solùm ratione commodi honestari potest,

altem non esse lethalis : atqui commodi talis in-  
tuitus hoc non præstat : ergo illius malitia per-  
seuerat. Major est iuxta aduersantium doctri-  
nam, & Minor ostenditur; quia etiam post obla-  
tam pecuniam valde incertum est , an talis sit id ,  
quod promiserat, impleturus, cum sciamus mul-  
tos ex ipsis nec Deo nec hominibus seruare fidē,  
vnde oppositores & cathedris & pecuniis vacui  
relinquuntur. Nullum ergo abusus iste in senten-  
tiā dictā firmum potest habere præsidium. Ideo

101 Dices tertio probabile esse eum , qui Tertia ena.  
ius suffragij in oppositione Cathedrae habet, ali-  
quid posse pro suffragationis voluntariâ obliga-  
tione recipere : aut enim inter oppositores non  
est considerabilis excessus , & tunc pro quolibet  
suffragium dare potest : obligare autem se ad v-  
num potius quam alium suo suffragio iuuandum,  
pretio estimabile est : unde & in iudicibus , vbi  
pro quolibet ex litigantibus probabilis est opinio ,  
gratiam illam esse vendibilem , sunt qui sentiant ,  
quibuscum P. Fagundez de Iustitia & Iure , Libr.  
5. Cap. 18. num. 5. Licet autem , cum ad se suffra-  
gandum accedit , iuret se nihil ab oppositoribus  
aceperisse , id stare sine periurio potest secundum  
doctrinam P. Thomae Sancij Lib. 2. Consil. Moral.  
Cap. 1. Dub. 53. numer. 5. vbi ait quod licet iuxta  
statuta Vniuersitatis Salmanticensis & aliarum

subornato pœna priuationis suffragij imponatur,  
de quo ipse Cap. præced. numer. 1. id tantum ha-  
bet locum in foro externo. ynde suffragium

eius in foro conscientiae & licitum, & validum  
est, de quo etiam antecedit. Cap. num. 11. Potest  
ergo verbis æquiuocis in iuramento utri, quia  
suum non debet defectum aperire. Nisi forte  
iudex interroget præcedente infamia, vel indiciis  
probatis, aut cum semiplena probatione; tunc  
enim ad mentem interrogantis respondere deberet.  
Ex quo sit cessare rationem à nobis adductam de

cooperatione ad p[er]iurium, quandoquidem si non  
illo stare potest testimonium suffragantis. Si au- Etiam si ex-  
cessus in op-  
positore, sic  
ex duplice  
capite.  
tem unius ex oppositoribus notabilis excessus sit,  
tunc etiam doctrinæ est prædictæ locus, tum ex  
eo quod tenet Nauarrus in Manuali Cap. 25. num.  
57. scilicet secluso iuramento non esse mortale  
eligere minus dignum ad Cathedram, quæ per  
oppositionem datur. Tum etiam quia is, qui ius  
suffragij habet, non tenetur absolute ad suffra-  
gandum neque pro uno, neque pro alio, unde  
potest sine gravi culpa à suffragatione abstinere,  
quod autem se ad suffragandum obliget, pretio  
estimabile est. Ratione autem iuramenti non  
esse obstaculum, ex adducto iam fundamento  
firmatur.

102 Sed contra hoc est doctrinam præf-  
tam tunc tantum currere, cum iam est peccatum  
acceptio pretij commisum; tunc enim non  
tenetur quis a suffragando abstinere, & æquiuo-  
catione potest suum delictum occultare. Quod  
verò sine peccato acceptio stare possit, prædicta  
non probant, quandoquidem procedunt iure  
tantum naturali attento, iuxta quod probabiliter  
asseritur non esse peccatum mortale. Pro quo  
& faciunt quæ docent P. Layman Lib. 3. Sect. 5.  
Tract. 4. Cap. 4. num. 9. & P. Lessius Lib. 2. Cap.  
14. num. 64. qui sic concludit: *Hæc argumenta, si*  
*solum ins naturæ spectentur, faciunt hanc sententiam*  
*satis probabilem.* Nihilominus licet id accidere, q.  
Contra il-  
lam argui-  
tur ex re-  
cepta do-  
ctrina.

*Et ex pra-  
xi pericu-  
lofa.*

I  
surd  
suffi  
qua  
frag

ceda  
rat,  
vari  
Sed  
& si  
dem

nis  
dum  
qui  
ind  
den

fit  
datu  
in c  
dig

in  
tion

me  
ma

*Circa Indicas Vniuersitates.*

qua etiam possunt ad restitutionem obligare; immo &  
incapaces reddere dominij rei hoc titulo datae adquiren-  
di. Sic ille. Neque aliter loquitur P. Laymam,  
aut alia est P. Fagundi mens, ut videri apud eum  
dem potest Tomo 2. in Decalogum Libr. 8. Cap. 26.  
num. 34. sicut & Diana Parte 3. Tract. 5. Resolut.  
55. vbi de eo clarissime. Quod autem lex, de qua  
agimus, Academicos sub lethali vrgeat, iam ha-  
betur ex dictis num. 95. Deinde. Etiamsi subti-  
litas illa pro modo æquiuocè iurandi ob auctori-  
tatem sic dicentium reprobari penitus nequeat;  
communiter tamen illa non attenditur, neque qui  
subornant aut subornantur, de illo sunt iurandi  
modo solici, sed periurij malum auaritiae & am-  
bitionis fame insatiabili deuoratur. Vnde in or-  
dine ad communem proxim doctrina prædicta  
non seruit, ex quo habetur id, quod Assertione  
nostrâ contendimus, subornationem scilicet iu-  
stificari nullatenus posse.

103 In quo genere illud videtur minus absurdum continere, si quis premium accipiat, non ut suffragio assistat, sed ut pro Oppositore neutrum quam suffragetur. Quod fieri solet, vel ad suffragiorum locum non accedendo, vel si quis accedit, & sehedulas accipiat, ita eas in urnam mittat, ut nullius momenti suffragium sit, pro quo varijs esse modi possunt, secreti iure seruato. Sed neque hoc licet, quia reuera subornatio est, & sub generali prohibitione contenta. Et quidem merito, ut potest absurditatem viris litteratis indignissimam præferens: cum reuera dici possit eum, qui hoc modo victoriam consequitur, non meritis, sed pecuniis Cathedram consecutum.

104 Circa obligationem autem reltitutoris, secundum probabilem sententiam dicendum est illam non vrgere, si quis promissis stet, quia lex Academica translationem dominij non inducit, cum de eo non disponat: pro quo videndus P. Lessius *suprà Dub.* 8. & alij passim, & sit etiam probabile id, quod pro opere prauo datur, non esse obnoxium restitutioni. Et quia in calu, de quo agimus, stare potest ut quis pro digniore suffragium ferat, in quo opus virtutis exercet, pro eo etiam datum non debere restitui, multorum sententia est, de qua post alios P. Di-  
castillus *Dissut.* 6. *citata*, num. 59. vbi pro ea ad-  
ducit Nauarrum, Sotum, Ledesmam, Bañez, &  
Patres Vazquez, Valentiam, Azor, & Rebellum,  
& ut probabilem amplectens, licet contrariam ut  
veriorem tueatur, quando actio aut illius omis-  
sio in dantis commodum postulantur. Posset au-  
tem & Dianam adducere *Resolut.* 55. *citata* cum  
P. Tappnero, & aliis eam ut probabiliorem am-  
pletecentem.

105 Et cum probabilis talis sententia sit, qui in casu nostro delinquerint, non sunt ad restitutio-  
nem vrgendi, quia huiusmodi homines diffi-  
cile ad illam induci poterunt, & ita benigniore  
isto sentiendi modo illorum est securitati con-  
scientiae consulendum. Cum alias, licet actio ista  
honesta sit, & ex charitate saltem debira, iuxta  
quam tenetur qui suffragij ius habet, causam be-  
nemeriti promouere: in executione autem prauo  
aliquid admiscetur, ob nuper dicta circa iura-  
mentum, unde operi prauo pretium datur, quia  
malum ei quocumque defuit, quo queritur non

esse obligationem restitutionis communior iam  
inter Scribentes sententia tenet, pro quo P. Lef-  
suis *suprà*. & plures alij apud P. Dicastillum  
*Disput. citat. Dub. 3.* P. Fagundez *suprà*, quos &  
sequitur numer. 34. Eligium Bassæum *Verb. Resti-*  
*tutio 4. §. 3.* & obuios alios. Si verò ex iniqua  
suffragatione Cathedram is amiserit, cui ex iusti-  
tiâ debebatur, quia oppositores alij indigni erant,  
aut singularis in eorum aliquo excessus cerne-  
batur, obligatio restitutionis erit iuxta damni  
dati æstimationem.

106 Sed quis damnum tantum valeat ex tali hominum genere compensare? Satisfacere ergo aliqualiter poterit in oppositione alia pro illo suffragando, vel per Confessarium remissionem debiti postulando. Rarò autem Oppositores manifestè indigni sunt, vnde sententiâ se poterit Nauarri suari de curia. Si

tert Nauarri fuerit, de qua *num.* 101. Sicut enim non accepto pretio poruit suffragari pro digno, omisso digniore; ita & illa accepto, quia ex exceptione non est nouus iustitiae titulus in isto ut illi plus aliquid debeatur. Et quidem Nauarri sententia parum verosimilis est, & ita communiter à Doctoribus reprobatur: sed minus verosimile est eos, de quibus loquimur, restitutionis curam condignam habituros. Accedit etiam dictis eum, qui, cum minus dignus sit, Cathedram est assecutus, id non nisi multorum suffragiis obtinuisse; ex quo si singulos non esse causam totalem damni, & ita neque ad restitutionem integrum obligatos; immò neque ad partiale, si ex ultimis in suffragatione fuerunt, & sine quorum suffragiis minus dignus victor in oppositione fuisset, quando vno consilio omnes in actionem huiusmodi minimè confluxerunt, iuxta communem doctrinam de testibus, pro qua videri possunt P. Lessius *Lib. 2. Cap. 30. num. 52. §.* Aduerte tamen P. Fagundez *Tomo 2. in Decalogum Lib. 8. Cap. 42. n. 3.* & alij passim: suffragium enim pro minus digno est falsum testimonium de maiore illius dignitate practicum & reale, vim electionis habens.

107 Maior circa eos, qui per modum istum  
damnabilem Cathedras obtinuerunt, est difficultas,  
quia non apparet verosimile aliquod fundamen-  
tum, ut illas possint retinere, quas nec resti-  
Cathedra  
iniquè ad  
epti ut te-  
neantur.

tuere possunt, quandoquidem in eorum non est  
id positum potestate, quia earum prouisio con-  
cursum exigit, & à multorum voluntate depen-  
det. Compensatio autem valde est difficilis, si ad  
pecuniam reducenda sit: quia honor non est pe-  
cuniā compensandus, & interesse salarij non de-  
betur non seruenti. Nihilominus obligationem  
restitutionis Doctores agnoscunt, de Cathedrâ  
agentes, & de aliis, quæ per sententiam iniquam  
re ipsa, licet secundum allegata & probata iustum.

adiudicaretur alicui, quando ipse auctor iniquus  
adiudicationis est falso illius fundamento cooperans. Licet enim probabilis sententia sit, quam  
multi Doctores, præsertim Iurisperiti, tenent apud P. Fagundez *suprà Cap. 32. num. 7.* asserentes eum, qui scit inquam esse sententiam re ipsa iustum autem secundum allegata & probata, posse Cathedram retinere, quod & amplectitur P. Lessius *Lib. 2. Cap. 31. numer. 28.* Id tamen ita intelligendum ut diximus, quando scilicet iniqua oppositio non fuit respectu eius, cui Cathedra, ut Beneficium, vel officium, .